



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ  
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ  
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,  
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

**Förner, Friedrich**

**Ingolstadii, 1603**

Cap. XXVI. Pœnæ, ebriosis sacerdotibus atq[ue] clericis statut[a]e à  
Conciliis & Pontificibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45433**

*Refidē in-  
telligenda  
D. Hieron.  
verba.*

siceram non bibant. Quod non intelligendum puto,  
quasi voluerit D. Hieronymus omnem vini vsum,  
altaris ministris adimere, sed tantum superfluum &  
brietatis abusum.

*Ser. 233. de  
Temp. qui  
est 1. devi-  
tanda E-  
brietate.*

Contra eos demum clericorum, qui non solum  
ipſi Temulentiae sunt obſtricti, ſed & alios ad potu-  
dum cogunt, ſeu erē loquitur D. Augustinus: Et quid  
quod peius eſt, aliqui etiam clerici, qui hoc deberent pro-  
hibere, ipſi cogunt bibere aliquos, plusquam expedit; am-  
bō incipient, & ſeipſos corrigere, & alios caſtigare, n  
cum ante Christi tribunal venerint, nec de ſua, ne de alio  
rum Ebrietate, incurvant ſupplicium: ſed magis, dum ipſiſe emendant, & alios caſtigare non ceſſant, perueniunt  
ad aeternum præmium mereantur.

## CAPUT XXVI.

*Pœna Ebriosiſ ſacerdotibus atq; clericis ſtatuta  
Conciliis & Pontificibus.*

**Q**uantoperè verò Ecclesia olim, ſacerdotibus  
& clericis sobrietatem commendatā eſte vo-  
luerit, conſtat è grauiſſimiſ poenis, quas Ebriosiſ de-  
creuit irrogandas.

*Grat. diſſ.  
35. cap. 1. ex  
can. 42. &  
43. can. A-  
Punitio E-  
briosorum  
clericorum  
a concilio  
illata;  
Can. 41.  
Can. itide  
41.*

Inprimis Apostolorum Canones ſic habent: Ep-  
ſcopus aut Presbyter aut Diaconus, aleæ atque Ebrie-  
tati deseruiens, aut definat, aut certè damnetur. Subdia-  
conus autē aut lector, aut cantor ſimilia faciens, aut defi-  
nat, aut communione priuetur; ſimiliter & laicus.

Concilium quoq; Carthaginense, ſub S. Cypri-  
no Epifcopo, tempore Cornelii Papæ: Epifcopus aut  
Presbyter, aut Diaconus, qui vel aleæ vel Ebrietatibus  
indulget vel definiro, vel deponitor.

Concilium Agathenſe ſic decernit: *Ante omnia  
clerici*

tericis vñetur Ebrietas, quæ omniū vitiorum fomes ac  
matrix est. Itaq; eum quæ ebriū fuisse constiterit, (vt ordo  
pautur) aut 10. dierum spacio communione statuimus  
prouendum, aut corporali subdendum supplicio.

Cōcilium Turonense I. tempore Leonis Papæ I. Can. 2.

Sed vt hæc valeant obseruare, fomitem omnium vitio-  
rum oportet abscondi, Apostolo præcipiente, Nolite ine-  
briari vino in quo est luxuria. Et quam gravi Ebrietas  
supplicio expietur, eadem Apostolica manifestat doctri-  
na, inter cetera dicens: Neque fornicatores, neque Idolis  
seruientes, neque Ebriosos, Regnum Dei possessuros. Si  
quis verò in officio clericali Deo militans, ab Ebrietate  
non abstinet, secundum status sui ordinem, competens  
in eum vindicta tribuatur.

Concilium Wormaciense: A crapula & ebrieta- Can. 14.  
teomnes clerici diligenter abstineant, vnde vinum sibi  
temperent, & se vino. Nec ad bibendum quispiam incite-  
tur, cum Ebrietas, & mentis inducat exilium, & libidi-  
nis prouocet incendium.

Concilium Treuerense. Ebrietas insignium incita- Tit. de Te-  
trix vitiorum, & flagitorum scaturigo, quæ in cōmessa-  
tionibus, & cōuenticulis dominatur, Ecclesiasticum gra-  
lum, summa cum turpitudine, passim infamauit. Qui er-  
gò illo vitio turpiter indulgent, immorigeri, ab officiis &  
beneficiis, ecclesiastica censura, & synodi authoritate,  
primum suspenduntur; Deinde, si ei impudenter detestan-  
de consuetudini, dictu pariter, & visu fædissimæ ulte-  
riu inhæserint, omnibus bonorum gradibus exutos, ad  
quadrupedum sortem, quæ natura prona atq; ventri obe-  
dientia finxit, maioribus suppliciis affectos, statuit abi-  
ciendos.

Inter Pontifices, Eutychianus Papa in clericos

X 4 temu-

*In Decre-  
tis quæ cō-  
didiit; &  
habentur  
in summa  
Cōciliorū.  
Pontificum  
Decretis  
Ebriosi  
Clerici  
vindicati.  
Luc. 21.  
Cap. A.  
Crapula  
de vita &  
honest. cle-  
rici.*

temulentos, hanc legem tulit. *Episcopi, sacerdotes, &* Dei ministri, non debent cōmissionibus, & vinolentiis nimiis, incumbere, considerantes sententiam Domini dicens: *Attendite, ne grauentur corda vestra, crapula & ebrietate; moderatè enim cibum & necessarium sumant, & potum, ut iuxta Apostolum sobrii sint, & parati ad seruitium Dei.* Eadem de re Innocentius tertius, in celeberrimo illo generali Concilio Lateranensi sic disposuit: *Clericum à crapula & ebrietate non abstinent, & qui à superiore commonitus, non paruerit, sed pendendum iudicamus.*

Vnde, ut Clerici ab hoc vitio cauerent, & eorum honestati consuleretur, antiquiora quædam conciliorū loca, quæ hīc breuitatis ergo non allegata pretermittimus, etiam tabernarum ingressum illis inhibuerunt, nisi peregrinationis, vel itineris necessitate compulsi. Ut Concilium Laodicense, sexta synodus, & Carthaginense tertium.

*De hū in  
cap. Non  
oportet. in  
cap. nulli  
clericō. &  
in cap. cle-  
rici. 44,  
dist.*

Quod autem eiusmodi Conciliorum, ac Pontificum decreta, ingenti Ecclesiastice disciplina ruina tam parui fiant, imò quasi penitus contemnuntur, atq; ut vanissima abiificantur, dolendum potius, quæ fusè explicandum, Res ipsa, ut ego taceam, loquitur. Inde scandala, è luxuria potissimum orta, quæ si multa essent, haud dubium, quin quamplurimi ex iis, qui Ecclesiam Catholicam iam non agnoscent, ad eius unitatem propediem reddituri forent.

*Dereb. an-  
tiquus, lib.  
2. c. 2.  
Ægyptii  
sacerdotes,  
qua Jobrii.*

Sum admiratus persæpè quod apud Diodorum Siculum legi. *Ægyptii, inquit, sacerdotibus suis, certū cibum, certamq; vini portionem dabant, necibo corpus grauaretur, & vini immoda ingurgitatione desiperent, & indigna sacerdotibus facinora perpetrarent.* Nunc è contra, inter Christianos Sacerdotes atque Cle-

clericos, quis cibi modus? quæ potus mensura? Et Hieronymus sic scribit. *Cheræmon Stoicus, vir eloquentissimus, de vita sacerdotum antiquorum narrans,* L.t. contra Iouinias num. *Quod omnibus postpositis negotiis, in templo fuerunt, verum naturas causasq; ac syderū rationes, contemplati sunt; nunquam se mulieribus miscuerunt. Carnibus vino semper abstinuerunt, ob tenuitatem sensus, & maxime propter appetitus libidinis. In his omnibus Christianorum Sacrorum praefides ac ministri, diuino cultui atque diuinorum rerum contemplationibus mancipati, ab Ethniciis illis longè superantur, dum maiorum sanctissimorum, leges optimæ, pedibus proteruntur.*

## CAPVT XXVII.

*Reges, principes, Magistratus vino sobrie uti- portere.*

**R**Ex Salomon, omni sapientia illustratus à Deo, sapientiorem se euasurum putauit, si abstemi- us vitam ageret. *Cogitavi, inquit, in corde meo, abstra-* Eccl. 2. *here à vino carnem meam; vt animum meū transferrem ad sapientiam, deuitaremque stultitiam, donec viderem, quid vtile esset filiis hominum.* Ex quo satis liquet, eum statuisse, quo cuncti vini usu, sapientiam impediri, stultitiamque nutritri: Nam si modicus haud noceret, *Sobrietas* ab ea non ita penitus abstrahere se cogitasset omni- *principi* bus, quorum curæ, principatum ac Regnumorū gu- *necessaria* bernacula sunt commissa, ad perpetuum Exemplum. Quare idem Rex alibi sic ait. *Nolite Regibus dare vi- num: Quia nullum secretum, ubi regnat Ebrietas; ne for- te bibant & obliuiscantur iudiciorum iustorum, & mutant causam filiorum pauperis.* Ad quod apte Va- L. 5. ca. 11 X 5 leri-